



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 14. Pacta conventa pro Catholici exercitus Directione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

Sæc. XVII. societatem habere, nec Ecclesiasticos
A. C. 1619. bonorum spoliatione vexare, minus
 vero illos ad juramentum Deo & ju-
 stitiæ repugnans cogere velint. Hanc
 in rem etiam idem Poloniæ Rex Le-
 gatos suos Pragam decrevit, qui Bo-
 hemos, eisque fœdere junctos cum
 Cæsare conciliare niterentur. Verum
 hi exuto omni pudore Regem monere
 audebant, ne quicquam contra Bohe-
 miæ Regnum moliretur; cum enim
 cum Turcis & Tartaris amicitiam co-
 lerent, & Hungaros, Batavos, Danos,
 Suecos, multosque Principes sibi con-
 junctos haberent, diuturnum admodum
 & cruentum bellum Poloniæ Regno im-
 minere posset, si Rex se hisce turbis
 immisceret.

§. XIV.

*Paſſa conventa pro Catholici exerci-
tus directione.*

Bellus l. c. Cum Turrianus Comes Hungarorum
Barre Hist. copiis auctus, Austriam invadere
d'Allemagne festinaret, Ferdinandus quoque Impe-
Carafa l. c. rator iter suum Viennam versus ma-
pag. 73. turandum censebat. Jamjam die octava
Adlzreiter Septembris Francofordia discedens,
Annal. Boic. Herbipolin, contendit, ubi rursus Pro-
part. 3. l. 4. testantes Principes, qui se *Correspon-*
Blanc. Hist. dentes nominabant, Rotenburgi con-
de Bavierr. gregati.
t. 4. p. 75.

gregatos literis suis rogabat, ut deplorandum Imperii statum miserti, conditiones pacis magis honestas amplecterentur, totiusque Imperii salutem conferrent: cum autem furdis fabulam caneret, eorumque petulantia eoque progrediretur, ut palam minas jactitare non erubescerent, Ferdinandum nondum e Germania sine parricidio evasisse, & vix Viennam perventurum, aut ægre Norimbergæ, aliisque in locis fractas evasurum infidias, hinc adversus rebelles Vasallos, subditosque suos vitam auctoritatemque suam defensurus missis legatis summi Pontificis, & Hispaniæ, Galliarumque Regis & Saxonie Electoris opem implorabat: postea Heriboli Augustam die decima octava Septembris profectus, inde Monachium ad Maximilianum Bavarie Ducem divertit, ubi suo & Catholici foederis nomine conditiones, quibus Maximilianus liberum Catholici exercitus Imperium in se suscipere, mutuo consensu firmabat. Conventum autem erat in has leges. I. Maximilianus tanquam supremus foederati exercitus Bellidux fide integra Cæsari, & foederatis contra eorum hostes opem ferret, prout ipse pro rerum, temporum, viriumque ratione necessarium aut utile duxerit. II. Quo incio aut invito Cæsar nec de pace

Sæc. XVII.
A. C. 1619.

*Calmet Hist.
Univerf.
lib. 150.*

Bb 4

nec

Sæc. XVII. nec de induciis cum hoste aget, nec
 A. C. 1619. vicissim Maximilianus invito Cæsare.

III. Ad belli sumptus Dux instar aliorum Ordinum Catholicorum subsidia conferat, si vero quid amplius contulerit, aut majus damnum passus fuerit, vel quicquam de suis ditionibus propterea amiserit, id Cæsar refundet, oppignoratis in securitatem omnibus ejusdem bonis. IV. Quicquid de Provinciis Austriacis hosti armorum vi eripuerit, id omne loco pignoris retinebit, usque ad specialium sumptuum & damnorum compensationem, exceptis tamen teloniis, salinis, fodinis, aliisque ad Principis fiscum spectantibus. His legibus utrinque firmatis, Ferdinandus Cæsar die octava Octobris Monachio Salisburgum, indeque per Styriam superatis multorum infidiis ad Viennensem Regiam incolumis die vigesima quinta Novembris pervenit.

§. XV.

Bucquinius e Bohemia Viennam cum exercitu suo a Leopoldo Archiduce evocatus.

*Brachel.
 Hist. l. I.
 Barre Hist.
 d'Allemagne
 tom. 9.*

Jamjam Bethlemus Gabor ad usque Posenii suburbia castra locaverat, capta hac urbe Viennam oppressurus. Erat tunc Posenii cum Palatino, paucissimis-